

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

§. 34. 3) Casus obvenientes circa cambia propriis, a) non indossata.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

tionis non omnino impletæ opponere queat. Potest igitur omnino exigere, ut sibi protestationis instrumentum de literis primis non exhibitis tradatur.

§. 32.

a) Circa instrumenti omissionem.

Eadem fere ratio est, si trassatus literas cambiales ad acceptationem sibi traditas amissas esse, adeoque a se reddi haud posse profiteatur. Quod quidem iterum, ut cambi propriarius a trassante indemnitatem quaerere possit, in processu cambiali per protestationem ab ipso evinci debet.

§. 33.

e) Consectarium.

Protestandum etiam esse, quando is, a quo acceptationem vel solutionem vel traditionem exigere debes, iuveniri non potest, per se patet. \*)

§. 34.

3) Casus obvenientes circa cambia propriis.

a) non indossa.

Multo minoribus tricis implicata est disquisitio de protestatione in cambiis propriis necessaria. — Subsistentibus enim nobis in casu regulariter obveniente, ubi ab ipso cambi scriptore s. primo debitore solutionem exigit creditor primus cambialis, nullum dubium superesse potest,

\*) Allg. preuss, Laydr, P, II, §. 1109.



potest, protestationem ibi non esse necessariam, in quo quidem plurimos habemus doctores consentientes, \*) et multas etiam leges suffragantes \*\*). Ratio aperta est; actio enim contra scribentem ex propria confessione instituitur, nec ullum factum certii, de quo dubitemus, accedit. Exigunt quidem etiam hic acceptationem et protestationem ordinationes quaedam canibiales; \*\*\* sed mere arbitrium id esse nec certa ratione tanquam fundamento niti videtur.

## §. 35.

b) *indossata.*

Non eadem rei ratio per omnia existit, si cambii proprii indossati acceptationem et solutionem exigit creditor indossatarius. Etenim si contra debitorem indossatum agere velit, similiter quidem ex propria ejus confessione agendum est. Plerumque vero regressu utitur ad indossantem; atque tum de facto omisso debitoris indossati, qui quidem in processu cum indossante tertius est, probationem plenam et liquidam afferat necesse est. Jus indossatarii enim contra indossantem non nisi condi-

\*) e. g. GMELIN, l. c. §. 138 etc. HEINECCIVM in elem. jur. camb. cap. 2. §. 4. LUDOVICI, in Eint. z. Wechselpr. cap. 3. §. 12.

\*\*) e. g. Poln. Wechselr. v. 1775. §. 2. n. 1. in UHL. cont. IV. pag. 4. aliasque.

\*\*\*) citae in GMELIN, l. c. §. 141. (quibus addi potest BRESLAUISCHE W. O. art. 15.) Rationes vero a perill. GMELINIO ad justificandas has leges allatae meram principii petitionem continent.

